

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 14: De confessione (13)

Hugo in libro de claustro anime:

Spiritui sancto resistunt, qui obdurata mente penitere nolunt,
qui veritati contradicunt, et humilitatis confessionem spernunt.
Si in hoc perseverant, in spiritu sancto peccant.
Sed qui peccant in spiritu sancto,
nec in hoc seculo remittitur eis, neque in futuro,
qui quasi in loco remissionis introducunt litem contradictionis.
Hic est locus dyabolo pre ceteris odiosus,
hic amittit quos alias acquisivit.
Hic est locus spiritui sancto consecratus.
Ubique pater, ubique filius, ubique spiritus sanctus,
sed tamen iste locus spiritui sancto dicitur consecratus, et ceteris deputatus.

Spiritui sancto resistunt, qui obdurata mente poenitere nolunt,
qui veritati contradicunt, et humilitatem confessionis spernunt.
Si in hoc perseveras, in Spiritum sanctum peccas.
Sed qui peccat in Spiritum sanctum,
non remittetur ei neque in hoc saeculo, neque in futuro.
Quare ergo in loco remissionis inducis litem contradictionis?
Hic est locus diabolo prae caeteris odiosus,
hic amittit quos alibi acquisivit:
hic est enim locus Spiritui sancto consecratus.
Ubique Pater, ubique Filius, ubique Spiritus sanctus;
sed tamen, ut diximus iste locus Spiritui sancto dicitur esse deputatus.

Hugo de Folieto, *De claustro animae libri quatuor*, 2.21
(PL 176, col.1077B-C).